

I. Fr. Suarez

Prima propositio

Datur duplex adiutorium gratiae divinae, aliud sine quo aliquid non fit, & aliud quo aliquid fit.

Verba sunt Augustini lib. de Corrupt. & grat. c. 12. Ipsae adiutoriae distinguendo sunt, Aliud est adiutorium sine quo aliquid non fit, & aliud est adiutorium quo aliquid fit. Quam parationem Latini ibi explicat, sensusque est, unum est adiutorium, quo datur posse, aliud quo datur infallibiliter operari. Ita enim ipse exponit hanc distinctionem applicat ad donum perseverantis, quod datur prodestinatis, quibus non tantum datur, ait, ut sine isto dono perseverantes esse non possint, sed etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. Primum enim adiutorium non includit auxilium cooperans, sed tantum praeveniens: secundum autem utrumque includit. Vel primum est tantum sufficiens, secundum etiam efficax: Et haec est mens Augustini.

2<sup>a</sup> propositio

Datur & duplex gratia operans scilicet, & cooperans.

Est vulgaris divisio apud Augustinum, propositum lib. 1. de Grat. & lib. arb. c. 16. & 17. Nec solutio dabit certitudinem, ex doctrina illius, sed maiorem ex Concilio Trident. sess. 6. quod hanc duplicem gratiam vocat excitantem, & adiuvantem ut aperte constat ex cap. 5. & seqq. Unde non est de mente Augustini operantem gratiam esse distinctam ab excitante, vel praeveniente, nec Concilium hoc gratias operantem, & cooperantem omittit, licet his nominibus non ita expresse usus fuerit. Dum autem ait cap. 5. Dominus a Deo vocatum & excitatum converti cooperando gratiae Dei, satis indicat gratiam etiam Dei cooperari homini, qui se convertit. Et consequenter dari gratiam cooperantem, ad quam supponitur gratia operans, Dominus excitans & praeveniens.

3<sup>a</sup> propositio

Gratia Dei est quod quis habeat suaves ad bonum.

Non omnino illam sub his terminis apud Augustinum, non est tamen dubium, quod sit sumpta ex doctrina eius. Quamvis enim sola suavis exterior, quae per hominem fit, non sit sufficiens gratia ad operandum bonum, quod persequere intendit Augustinus contra Pelagium, quod lib. 1. de Grat. Corrupt. & sepe alias nihilominus habere suavismodi suaves inter beneficia, & auxilia gratiae computandum est. Sic dicit Augustinus lib. de Spiritu & littera, cap. 34. Visorum suasionibus agit Deus ut velimus, & credamus, sive extrinsecus per Evangelicam exhortationem, sive intrinsecus ubi nemo habet in potestate, quod tibi veniat in mentem. Suavis ergo haec ad gratiam vocationis pertinet. Advenere autem oportet sic esse sermonem de suasionibus ad bona opera praeiatis, quae conferunt ad salvandam animam. Sic nemo si loquamur de bonis moralibus ac meris naturalibus, habere suaves saltem bonorum potest se non pertinere ad or-



922  
dinem gratiae, de qua Augustinus loquitur, ut satis constat: sepe autem hoc etiam  
provenit ex providentia supernaturali, atque adeo ex gratia.

4<sup>a</sup> oppositio. Tunc gratia efficax secundum August. unò efficacissima, nec tamen per eam se-  
ditur libertas arbitrij humani.

Ita generaliter ut proponitur, certissima est, & frequens apud Augustinum. nam lib. de  
Gratia & libero arbitrio. cap. 16. Ille (inquit) facit ut faciamus, tribuens vires effica-  
cissimas voluntati. Et de hac gratia efficaci dicit lib. de Peccat. meritis. c. 8. à nullo  
duro corde respuitur; & similia sunt frequentia. Modus autem huius efficacis  
alijs locis explicatur ab Augustino, & circa illum est tota controversia, ut in  
sequentibus annotabitur.

5<sup>a</sup> oppositio. Hæc gratia habet suam efficaciam ab omnipotentia Dei, & a domino quod  
sua divina maiestas habet in voluntate hominum, sicut & in cetera omnia  
quæ sub cælo sunt.

Hæc quinta oppositio habet quidem fundamentum in doctrina Augustini, & in vi-  
gore est vera, est tamen diminuta, & videtur ambigue proposita, & idè accurate  
declaranda est. Et in primis habere hanc propositionem fundamentum in doctrina  
Augustini constat ex verbis eius Epist. 107. Quopidam exspectat Deus voluntate ho-  
minum, ut præveniant eum, quibus det gratiam, cum gratias ei non immerito agamus  
de ipis, quibus non ei credentibus, & eius doctrinam voluntate impia persequentibus  
misericordiam prærogavit, eosque ad se ipsum omnipotentissima facilitate conver-  
tit, ac volentes ex nolentibus fecit. Idem significat lib. 5. contra Julian. c. 4.  
dicens, Habet enim potestatem adducendi, & trahendi, ipsi Domino dicente, nemo ve-  
nit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Ratio etiam est clara, quia De-  
us solus potest per se se agere in intellectum, & voluntatem humanam, quod provenit  
ex omnipotentia & domino, quod Deus habet in animam hominis. Item efficacia gratia  
quod creatum est, ergo necesse est ut sit ab omnipotentia Dei, & subit dominis eius. Dico  
tamen esse diminutam hanc propositionem, quia indicat solam omnipotentiam immediate per  
se ipsam dare gratiam efficacem non solum vim agendi, sed etiam determinationem ad unum  
et modum quo dat illam ceteris rebus, & virtutibus naturaliter operantibus: quod tamen  
falsum est, & non habet fundamentum in doctrina Augustini. Nam Augustinus ita  
tribuit omnipotentiam Dei efficacitatem ad immutandas hominum voluntates, ut tamen  
semper significet non hoc facere per absolutam potentiam suam nostras voluntates determinan-  
do, sed miris, & ineffabilibus modis illam movendo, vel relinquendo. Ita enim loquitur  
de lib. 5. contra Julianum cap. 4. Facit (inquit) hæc miris & ineffabilibus modis qui novit  
iusta iudicia sua non solum in corporibus hominum, sed in ipsis cordibus operari. Qui non  
facit voluntates malas, sed vitiosas eis ut voluerit. Unde constat in primis non tribuere Au-  
gustinum hanc efficaciam omnipotentis Dei propter solam concurrentem quæ præbet ut prima  
causa, sed quia operatur miris & ineffabilibus modis. Constat deinde non ponere Augustinum  
hanc efficacitatem Dei in hoc, quod per suam potentiam prædeterminet nostras voluntates



ad unum, cum dicat, illam omnipotentiam extendi etiam ad voluntates malas  
 quoniam Deus non faciat illas. Quomodo autem negare posset Deum facere  
 illas, si directe ac physice determinat voluntatem ad illas? Unde lib. de Grat.  
 Et lib. arbit. c. 20. eodem sensu dicit, Non solum bonas voluntates, quas Deus  
 facit ex malis, Et à se factas bonas, in alius bonos, Et in eternam dirigat vi-  
 tam: verum etiam illas, quæ conservant seculi occurrentias, ita esse in Dei potestate,  
 ut eas quo voluerit, quando voluerit faciat inclinari. Et infra, Quare non subsiste-  
 bant per liberum arbitrium, sed per amorem voluntate fugiebant, nisi quia  
 Deus dominatur voluntatibus hominum, Et quod vult in formidinum, conuenit vray  
 vraye permittendo, vel faciendo eas, ex quibus sic formidinum esse consequenda, ut  
 ipse exponit in sequentibus per totum cap. 21. Igitur addendum, fuisse, Sane  
 efficaciam esse ex omnipotentia, Et sapientissimam providentiam Dei, quæ cum ali-  
 quid vult fieri à voluntate humana, potens est illam motum, inspirationem,  
 vel illuminationem adhibere, quam scit esse accommodatam, ut effectus infallibiliter  
 sequatur, ut ipse late exponit q. 2. ad Simplian. Et sane appellat vocatione altam  
 atque secretam, quæ ita agit sensum, ut accommodet assensum, epist. 107. Igitur et  
 in hac oppositione fit comparatio inter dominium Dei, Et voluntatem humanam, Et ca-  
 tera omnia quæ sub cælo sunt, Et efficacia gratia, dicitur esse ab hoc dominio, sicut  
 sunt reliquæ causæ, vel determinationes aut motiones earum; illa particula sicut, pro-  
 portionem quandam, vel genericam similitudinem, non propriam seu specificam dicere  
 debet. Est enim Deus supremus dominus voluntatis humanæ, potestque illi necessi-  
 tatem inferre si velit, tamen quando illam mouet per gratiam efficacem, non videtur  
 esse hoc dominio Et potestate, Et quoad hoc non tenet illa similitudo. Et ratio est,  
 quia illa necessitas est connaturalis alijs rebus inferioribus, non tamen voluntati. Pro-  
 portio ergo vel similitudo est in hoc, quod sicut Deus ratione sui dominij mouet cæ-  
 teras creaturas ut infallibiliter faciant quod vult, ita etiam voluntates humanas: mo-  
 dus tamen est diuersus: Et hoc etiam pertinet ad omnipotentiam Dei. Nec propter  
 hoc minus est hoc dominium Dei in voluntatem humanam, sed potius quodammodo  
 ostenditur maius, quia non prædeterminando voluntatem ad unum, facit eam facere  
 quod vult, nec solum mouet illam per impressionem innatam, sicut res cæcæ, sed per  
 motionem Et inspirationem superioris ordinis, ut facit in operibus gratia.

2<sup>a</sup> oppositio

Per hanc gratiam secundum August. agit Deus omnipotens in cordibus hominum motum  
 voluntatis eorum, faciendo ex nolentibus volentes, ex repugnantibus consentientes, ex  
 oppugnantibus amantes.

7<sup>a</sup> oppositio

Hanc gratiam efficacem secundum S. August. infundit Deus in cordibus nostris  
 per operationem Spiritus sancti inenarrabilis Et occultissimis modis.

8<sup>a</sup> oppositio. Hæc Dei gratia efficax secundum S. Augustinum.



9<sup>a</sup> ppositio Hae Dei gratia efficax secundum S. August. est praevia, no predissequa-  
datur enim no quia volumus, sed ut velimus: atque adeo per ipsam efficit Deus  
ne dum ut operemur, sed etiam ut velimus.

He omnes ppositiones verissimas sunt, Et in locis citatis inveniuntur apud August.  
Et lib. de Peccat. sanct. c. 6. §. 13. & seq. Et de Bono persever. cap. 6. §. 14. Et sa-  
pe alias. Solum oportet recte exponere illam ppositionem 9<sup>a</sup>. Gratia efficax praevia  
est, no predissequa. Utique respectu liberi arbitrij. Nam quantum ad partem nega-  
tivam simpliciter vera est, si recte fiat comparatio, quia esse predissequam, est esse  
posteriores, Et effectum: gratia autem no est posterior bono vni liberi arbitrij, nec effe-  
ctus eius, sed potius causa. Prior autem pars affirmans duobus modis potest intelligi.  
Primo quod gratia efficax quoad sui initium Et principium sit praevia, Et sic non  
solum est Augustini, sed certissima Et de fide: quia gratia efficax includit auxiliu  
~~efficax~~ excitans, Et vocationem congruam, a qua incipit: de fide autem est excitans Et  
vocantem gratiam esse praeviam, iuxta definitionem Concilij 2. Araugicani, Et Con-  
cilio Trident. Et rationes huius gratia vocantis verae sunt caetera, quae in 9<sup>a</sup> ppositione  
dicuntur, scilicet Deum operari in nobis ut velimus, Et no quia volumus, Et. Secundo  
vero potest intelligi illa ppositio, quod gratia efficax quantum ad omnia, quae includit  
ut efficax est, sit praevia. Et in hoc sensu no est ita certa ppositio, aut quod sit de  
sententia Augustini. Nam, licet illa gratia efficax nihil includat, ratione cuius dici  
possit predissequa; probabile tamen est includere aliquid, in quo est tantum concomi-  
tans, Et no praevia. Et in hoc sensu aliqui catholici negant gratiam efficax, qua-  
tenus talis est, ac denominatur, esse praeviam: quia praeter gratiam praeviam, quae est  
excitans, includit gratiam concomitantem seu cooperantem. Cui dicendi modo videretur  
inordinum favere Augustinus, ut lib. de Corrupt. Et grat. c. 11. §. 12. Hec dice-  
rim, ut ab omni censura defendatur Martina, si forte condiderit ipsam negare  
efficacem gratiam ut sic esse praeviam. Absolutè tamen ego iudico esse Augustini  
sententiam, Et veram, dari gratiam excitantem in suo ordine efficacem, Et consequen-  
ter praeviam etiam quatenus efficax est. Hoc plane sentit Augustinus cum ait, Deum  
dare vires efficacissimas voluntati, has enim vires distinguit ab actu, propter quem  
dantur, Et consequenter etiam a concursu seu gratia cooperante, ut talis est. Item  
cum ait dari vocationem altam atque secretam, quae de nullo corde respicitur, quia ad  
hoc datur, ut ipsa cordis duritia penitus auferatur. Nam similia verba non pos-  
sunt accommodari ad vocationem, ut includit actum ipsum conversionis seu consentus;  
quia cum Augustinus ait, dari vocationem, no respici, no supponit compositionem actus con-  
sentendi, alia no oporteret illam certam consequentiam attribuire, vocationi peculiaritè  
congrua, sed compositioni actus: Illius ergo supponit vocationem, Et illam dicit esse talem,  
ut qui illam recipit, illam no respiciat. Denique idem sentit cum ait, Deum miris Et  
ineffabilibus modis sic agere sentium, ut accommodet assensum: nam agere sensum  
praevium



gratiam est, accommodare autem assensum cooperantem gratiam, includit, Et ho-  
minis cooperationem liberam. Et tamen illud prius vult Augustinus ita interdū  
in Deo fieri, ut certissime consequatur hoc posterius. Vult ergo illud prius dari  
ut efficace, Et ideo dicit alijs Deo, dari congruo modo.

Quod vero spectat ad ipsam veritatem secundum Deo, non est ita intelligenda  
hęc gratia gratuita ita efficace, ut ex natura sua sit determinata ad unum, ita ut  
posita in homine ut gratuita est, intrinseca vi, Et efficacia physica determinet  
voluntatem eius ad unum. Hoc enim repugnat libertati in his, qui illam gratiam reci-  
piunt. Neque unquam ab Augustino talis modus efficacitatis indicatur, ut patet ex lo-  
cis citatis, Et quę alibi suscipi tractavi. Sed hęc autem hoc modo efficacia, videri po-  
telt questio de modo loquendi, an illa gratuita ut gratuita, dicenda sit efficace. Ve-  
rumtamen et si hoc ita esset, merito retinendus esset modus loquendi Augustini, Et  
magis receptus, magisque tribuens gratia, Et non repugnans libertati, quam oppositum.  
Deinde modus ille loquendi fundatus est in re omnino sufficiente ad illam denominatio-  
nem. Nam cum auxiliam dicitur efficace, hęc denominatio potest esse, aut merè poten-  
tialis, Et sic non spectat ad rem presentem, nam potentialis efficacia vel est solum vis  
agendi, Et sic communis est auxilio sufficienti, vel est talis vis agendi, quę prædeterminet  
voluntatem ad unum, Et sic est nimia, Et non necessaria, nec possibilis, salva libertate.  
Potest item illa denominatio esse solum actualis, id est ab actione absoluta, Et ut ita  
dicam, de presenti, ita ut idem sit gratia efficace, quod gratia actu efficiens liberū con-  
sensum, Et sic non est gratuita omnino, sed solum quoad initium, ut in priori sententia  
dicebatur. Alio vero modo quasi medio potest dici gratia efficace, quia infallibiliter effe-  
ctura, Et obtentura consensum liberum in voluntate, non quia intrinsece illam de-  
terminet, sed quia eo tempore Et modo accommodatę datur, quę præcognoscitur habitus  
effectum, si datur, Et sub hac intentione Et proposito datur, ut illum infallibiliter ha-  
beat. Et hoc sensu vocat August. Dant gratiam efficacem. Et veritas est sufficientissi-  
mum, Et singulare fundamentum talis denominationis. Cur enim dicatur efficace,  
quod actu facit, Et non etiam dicatur efficace quod certissime futurum est, vel ut non  
dicatur dari ut efficace quod datur ex proprio absoluto (quod frustrari non potest) ut infalli-  
biliter consequatur effectum. Gratia ergo sic efficace, etiam ut efficace, gratuita est,  
quia licet in præscientia Et intentione vocantis includat subordinationem ad gratia concomi-  
tantem, non tamen includit illam intrinsece, Et in eodem signo nature, nec etiam induit  
presentem cooperationem liberam voluntatis, sed præparat voluntatem, ut suum sensum  
præbeat. Quod etiam patet ex illis, Præparatur voluntas à Domino: quod Augustinus fre-  
quenter exponit de præparatione per hanc singularem vocationem, Et gratia efficace: et præ-  
paratio gratuita est, ut per se constat. Denique prius natura est, vel etiam temporis actu  
esse futurum, quia actu fieri: ergo prius datur gratia excitans ut infallibiliter effectum, quam  
actu faciat, Et fiat concomitans: ergo illa gratia etiam ut prior, Et ut gratuita, efficace est.





10.<sup>a</sup> ppositio. Effectus diuinae gratiae efficaciæ secundum S. August. est certus & infal-  
libilis.

11.<sup>a</sup> ppositio. Haec gratia efficax secundum S. Augustinum nec induit fatum, nec efficit  
propterea Deum acceptatorem peccatorum, nec tollit prædicationem, & correptionem,  
sed cum libertate humanae voluntatis optime consistit.

12.<sup>a</sup> ppositio. Haec gratia efficax quod uni detur, & non alteri, occultioris iudicij Dei est.

Ex his facile constat tres proxime sequentes ppositiones verissimas esse, & vulgares in  
sententia Augustini, & in doctrina catholica. Et ita in his non est dissensio, sed in modo  
efficaciæ, ut explicatum est. Et quæ Molina dicit in hac materia, non repugnat diuinae veri-  
tati. Nam ille non ex quacunque gratia efficaci, sed ex illa quæ natura & vi sua in-  
trinseca ita præueniret voluntatem, ut determinaret illam ad unum, dicit sequi fatum,  
necessarium, & similia. Ponderandum etiam est in 10.<sup>a</sup> ppositione, Augustinum semper  
uti terminis pertinentibus ad intellectum, ut sunt, certum esse & infallibilem effe-  
ctum diuinae gratiae efficaciæ, non vero esse necessarium &c. Unde nunquam ait, propterea  
haec gratia grauius efficaci, voluntatem non posse illam repuere, sed solum nunquam  
illam repuere: quia nimirum subest infallibili præscientia conditionata, & sapi-  
entissima præsentia Dei.

13.<sup>a</sup> ppositio. Haec gratia est necessaria ad singulos actus.

Haec in primis intelligenda est de operibus pietatis, ut Augustinus passim loquitur,  
id est conducentibus aliquo modo ad iustitiam & vitam æternam. Deinde apud Au-  
gustinum inuenitur saepe, gratiam Dei esse necessariam ad singulos actus: at in par-  
ticulari de gratia efficaci forte non inuenitur apud Augustinum, præuenientem gra-  
tiam efficacem esse necessariam ad singulos actus, semper enim cum loquitur de  
vocatione illa alta & secreta, loquitur de conversione ad fidem, vel ad veram pe-  
nitentiam. Unde in homine iam iustificato aliqui putant non esse necessariam specia-  
lem gratiam excitantem, ne dum vocationem illam, quam Augustinus altam &  
secretam vocat, quamque solum appellare videtur gratiam præuenientem efficacem. Nisi  
cominus ppositio ut iacet, mihi placet, non solum si intelligatur de gratia coope-  
rante, quod sensu est certissima, sed etiam de excitante, seu vocante, tam ex mente  
Augustini, quam ex re ipsa. Quia nullum opus pietatis fieri potest sine cogitatio-  
ne sancta, & inspiratione diuina congruo tempore data: & haec est gratia efficax  
præueniens: utrumque autem planum est in doctrina Augustini, facileque conuincitur  
est discursu, & ratione.

14.<sup>a</sup> ppositio. Haec gratia nullis nostris meritis redditur, sed gratuita bonitate donatur, nul-  
lum enim nostrum bonum meritum illam nec illius iniuriam antecedit.

Haec debet intelligi de prima vocatione congrua ad fidem, vel ad alium primum  
supernaturalem, & ita est certissima & vulgaris apud Augustinum. Et hoc tantum  
probat ratio, quæ in ipsamet ppositione insinuat. At vero loquendo de gratia efficaci



in uniuersum, ut includit excitationem efficacem ad posteriores alios, & fructus iustitiae, non est dubium quin aliqua possit cadere sub merito saltem impetratoris, seu de congruo, quia alius procedens ex priori gratia excitante, simul cum conitante, potest impetrare aliam excitationem, non aliam subsequentem, & hinc potest mereri aliam, & sic deinceps. Quae doctrina est consentanea Augustino in enchirid. c. 32. dicenti, Præcedit bona voluntas hominis multas Dei donas, sed non omnia: nam utrumque legitur in sacro eloquio, Misericordias eius præueni et me, & misericordias eius subsequetur me. Nolentem præuenit ut velit, volentem subsequitur ne frustra velit. Hæc ergo posterior gratia, quam Augustinus vocat subsequentem respectu prioris, reuera est excitans respectu operis, quod per illam intenditur: est etiam efficax, quia datur ut voluntas impleretur, & non frustra velit. Quamquam ergo hæc gratia efficax non possit cadere sub meritum illius operis cuius est ipsa est principium, tamen quia respectu prioris voluntatis bonæ est subsequens, & supponit aliam præuenientem gratiam efficacem, non repugnat quin cadat sub aliquod meritum. Propositio ergo vel intelligenda est formaliter, de gratia præuicua comparata ad opus propter quod datur; vel melius de propria gratia excitante efficaci, quæ ex nullo merito præcedit: quia nullum potest supponere. Et hæc planè est mens Augustini.

15<sup>a</sup> Propositio. Donum perseverantiæ est singulare. Dei quoddam donum, non omnibus commune, per quod fit ut perseveret in bono quis usque in finem.


Clara est Augustini de corrept. & grat. cap. 11. §. 12. Et totus lib. de bono persever. Imò est definitio Conitij Trident. nec indiget speciali animadversione præter ea quæ dicta sunt.





de Lyone le 10 Janvier

Faint, mostly illegible handwriting in French, likely a letter or official document. The text is written in a cursive style and is significantly faded.



Extremely faint handwriting covering the bottom half of the page, including what appears to be a signature and possibly a date or location. The text is almost entirely illegible due to fading.